

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9386

Auteur(s) : Geoffroy III, Mayenne (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1168

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Geoffroy seigneur de Mayenne confirme à l'abbaye de Savigny toutes les donations faites par ses prédécesseurs.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., K 24, n° 16/7.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° LVI)

Texte d'après A

Gaufridus Dei gracia dominus Meduane omnibus baronibus suis et prepositis et baillivis et omnibus sibi subjectis salutem. Vobis et omnibus post vos venturis certissimum atque notissimum sit quod ego pro salute anime mee et uxoris mee et omnium antecessorum meorum atque successorum res abbatie Savigneii et possessiones in terra mea existentes in mea accepi protectione ac defensione ideoque ut predictae abbatie possessiones omnes pacem firmam habeant donationes que antecessorum meorum et mee et omnium hominum meorum et antecessorum suorum immobiles et inconcuse et in perfecta libertate permaneat in presenti pagina nominatim conscriptas sigilli mei impressione et cordis mei voluntate et concessione roboravi. Habet itaque prefata abbatia duas partes decime totius terre quam habebat Osmundus Piscis in Silvigneio ex dono ipisus Osmundi. Ex dono ejusdem in Burgo Silvigneii unam domum liberam et quietam. Ex dono Gilonis de Gorram unam plateam in Tauneria inter domum Ernaldi et plateam Aleri liberam et quietam. Ex concessione ejusdem et donatione Alani Macri terram quandam in parrochia de Livare liberam et quietam. Ex donatione Johannis medici vineam quandam apud Meduanam in Montagu. Ex dono Unfridi quando factus est conversus apud Savigneium concessione uxoris sue et filii vineam unam in Montagu. Concessi etiam eis vineam quam emerunt a Johanne nepote et ab Orielt de Fontana monachis Savigneii has vineas habent in Montagu monachi Savigneii liberam et quietam cum torculari exceptis XII denariis. Ex donatione Guillelmi filii Lecie vineam suam de Bree cum torculari quod in ea est et prato quod juxta eam est. Ex dono Gaufridi clerici dimidiam partem vinee sue de Brees et dimidiam partem terre sue que juxta eandem vineam est et pratum suum juxta eandem vineam. Ex donatione Henrici de Bosco Berengarii terram de Vale Haie concedente Radulfo fratre ejus et Willelmo nepote ejus. Ex dono Willelmi de Baillol et Willelmi de Desertinis habent monachi predicti apud Danpere exclusagium et ductionem aque ad molendinum suum et piscariam libera et quietam. Ex dono Ricardi Bastart et Marie netis ejus concessione Philippi de Landavi habent in Landevi quandam partem terre que vocatur Teilleium. Ego autem abbatie prenominate in perpetuum concedo

libertatem et quietanciam per totam terram meam a monachis ipsius abbacie vel conversis nullus pasnagium vel teloneum accipiat vel aliam consuetudinem vel a propriis famulis eorum quadrigas quoque carrucas nullus pro aliqua occasione vel querela impedire presumat quicumque etiam predictis monachis de sua mobili substantia aliquid pro Dei amore inferre voluerit donationem illius nullus impedire audeat sed sine contradictione illud monachi habeant. Hec autem nostra concessio atque confirmatio facta est anno ab Incarnatione Domini M^oC^oLXVIII^o cujus concessionis atque confirmationis testes sunt Hamelinus, Willelmus, Almaricus, Garantum (sic) de Vitreio, Gondoinus de Rones, Andreas Picerna, Guillelmus de Bosco Berengarii, Willelmus filius Lecie, Hamelinus.